Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quia ab illa hora passus sum.
sana et adiuva me. Sanctus
autem domnus dicit ei. Fili esto in
credulus semper et fidelis. Incre-
duli enim homines et infideles in
iudicium tale incidunt. Vade
et sicut ab squalore spurci-
tie liberavit te deus. ita ab in-
firmitate tua esto liberatus et
sanus. Mox vero recessit sano
corpore homo ille credens laudans
et glorificans deum et sanctum virum
nycolaum. Extensis palmis
resonantibus in prece psalmis.
Assuit antiquus mox subdola
fraus inimici. Sed cruce constrictus
disparet prosilie victus.
Quadam vero nocte ora-
te sancto nycolao simul
cum artheman presbytero atque
psallente ecce immundus spiritus
circa mediam noctem per sca-
las ascendere visus est quasi
homo amborum aliena in-
tentibus. Artheman autem
pavescente ac timente sic
ducatur ad eum nycolaus ait.

Noli timere frater quia ini-
micus noster dyabolus est quem vides
et non homo. Consuetudo enim
illius est multum filios dei il-
ludere. Tunc increpavit e-
um ut abscederet. Et signum
sancte crucis simul faciente
eo ipsa hora et scala et ascen-
sor fantasticus ab eorum facie
dissiluit atque disparuit.
Res nova res mira res inter gaudia pri-
ma. Consignate viro sancto mox
ordine miro. Ex uno pane vul-
gus saciatur inane.
Fratres karissimi vobis volo
adhuc et aliud mi-
raculum ad edificationem a-
nimarum vestrarum enarrare.
Quadam namque die ad o-
perandum in oratorio venerunt. artifices
Quo cum introiret beatus
nycolaus ad suum cellerarium
dixit. Ecce deo gratias frater ad
operandum artifices venerunt.
quantos ad reficiendos panes
habemus? Tristis statim re-
spondit cellerarius. Antea